



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 15. Galli Cæaris exitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV.
A. C. 354.

§. XV.

Galli Cæsaris exitus.

Socr. II. c. 33. Sozom. IV. c. 7. Hier. Chr. an. 353. V. stor. Cæsar. Philostorg. III. c. 28. & IV. c. 1. **D**um in Occidente omnes Concilium cogitant, Judæi in Oriente, seditione commota, res novas moliuntur. Diocæsareæ in Palæstina, armis sumptis, Præsidarios una nocte jugulant, tum sub quodam, nomine Patritio, Duce, quem Regem suum appellabant, excusso Romanorum jugo, proximas Provincias percurrunt; Cæsar Gallus, qui Antiochiæ degerebat, copias immisit, quæ, occisa eorum magna multitudo, ne impuberes quidem servarunt, Diocæsaream, Tyberiadem, Diospolim, pluresque alias urbes, injectis flammis, vastaverunt; in Persas quoque arma moventi Gallo fortuna favere cœperat; at primo rerum successu insolens juvenis, quibusdam injusta vi patrat, animi crudelitatem prodidit; præter hæc affectati Imperii accusabatur. Tandem Constantius, in partes Occidentis insidiosè pertractum, comprehendendi iussit; iudices deinde dedit, & lata mortis sententia, capite plexus est, in Insula, quam Flanonam dicebant, haud procul Polo in Istria. Gallus annos natus erat viginti novem, & quatuor regnaverat, nempe ab anno 351. usque ad annum 354, nam sub finem hujus anni necatus est, cum esset Consul tertio, &

Sozom. IV. c. 7. Theod. III. hist. 1. c. 3.

Constantius septimo. Gallus quidem Sæculum IV.
 Christianam Religionem usque in finem A. C. 354.
 professus est, sed erat Arianis addictus, Greg. Nyss.
 quippe familiariter utebatur Theophilo l. 10. conc.
 Indo, seu Blemiano, peregrinatore illo Eunom. pag.
 notissimo, de quo diximus. Theophilus 30.
 in Galli familiaritatem adduxit Aetium, Philost. IV.
 quem Leontius Antiochiæ Diaconum or- c. 1. Sup.
 dinaverat; deinde eorum, quæ Gallus l. XII. §. 31.
 crudeliter egit, participes inventi, ejus-
 dem calamitate impliciti sunt; Theophi-
 lus Galli in ultimo itinere comes, cum
 Gallus interficeretur, in exilium ejectus
 est; Aetius tanquam nihili homo præte-
 ritus.

Tunc Julianus Galli frater haud sane Amm. l. XV.
 levi periculo defunctus est. Cum Gal- c. 2.
 lus Cæsaris Dignitate ornaretur, magnas
 ille spes conceperat, tunc illo timore, qui
 cum puero creverat, liberari cœpit, &
 relicta arce Macello in Cappadocia, ubi
 sex annos cum fratre captus transegerat,
 in Asiam, & Græciam peregrinatus est,
 ut in scientiis perficeretur. Gallo da- Julianus ad
 mnato, hæc itinera Juliano crimini duce- Athan.
 bantur, & incusabatur, quod ex arce
 Macello effugisset; præterea, quod fra-
 tri suo Constantinopolim transeunti, col-
 locutus fuisset, quæ sibi objecta Julianus
 facile diluit, ostendens, utrumque Con-
 stantii jussu se fecisse; de cœtero eum
 Eusebia Augusta potenti favori tuebatur.

Tum

Sæculum IV. Tum Comum prope Mediolanum addu-
A. C. 354. citur, ubi semel in Imperatoris conspe-
 ctum venire licuit. Post mensium sex
 spatium licentiam obtinuit, redeundi in
 Græciam, ut scientiarum studium prose-
 queretur. Ipse Athenas se contulit.

§. XVI.

Juliani Apostasia.

Jul. ep. 51.
p. 210. Soz.
5. hist. c. 2.
Socrat. III.
c. 1.
Greg. Naz.
in Jul. or. 3.
p. 59. Theod.
III. c. 2.
Sozom. V.
t. 2.

Tunc Julianus annum vitæ agebat vigeti-
 mum tertium, jamque ab annis tribus
 externa solummodo simulatione Christia-
 num referebat. Ipsius verbis habemus,
 quod viginti, non pluribus annis Chri-
 stianus fuerit, quippe infans statim bap-
 tizatus, fuerat. Constantius dum ejus
 educationem cum fratre Gallo curabat,
 Christianis eum Magistris imbuendum
 tradiderat, atque inter alios Sophista
 Eceboli, a quo Rhetoricam doctus est.
 Et jam tunc quidquam accidit, quod in
 omen, a Cælo missum, apostasiæ ejus
 plerique traxere. Gallus, & Julianus
 Ecclesiam in honorem S. Mamæ Marty-
 ris supra sepulchrum ejus prope Cæla-
 ream in Cappadocia ædificari jusserunt;
 ædificii pars, quæ procurante Gallo po-
 nebatur, feliciter assurgebat, pars vero
 Juliani stare non potuit, concidebant mu-
 ri, nulla firmari fundamenta terra patie-
 batur. Dum ambo fratres, litteris jam
 cultio-